

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

De sancto Thoma apostolo v

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

## De sancta Lucia.

eam paschasio ad sacrificia ydolorum respondit. Sa-  
crificium placēs deo ē visitare pauperes: et eis in  
necessitatibus subuenire: et quia iam amplius nō  
habeo quod offerā me ipsam sibi tribuo offerendā  
Cui paschasius. Ista verba tibi simili stulto xp̄ia-  
no narrare poteris: michi autē q̄ principū decreta  
custodio ista frustra prosequeris. Ad quem lucia.  
Tu principum tuorum mandata custodis: et ego dei  
mei legem custodiam. Tu principes times: et ego  
deum timeo. Tu illos offendere non vis: et ego  
deū offendere caueo. Tu illis placere desideras et  
ego vt xp̄o placē cōcupisco. Tu ergo fac qd̄ tibi  
vtilē esse cognosces: et ego faciam qd̄ vtilē michi  
esse perspexero. Cui paschasius. Patrimoniu tuū  
cum corrupto:ribus expēdisti: et ideo quasi mere-  
trix loqueris. Cui lucia. Patrimonium meū in tur-  
ro loco cōstitui: corruptores autē mentis et corpo-  
ris nunq̄ sciui. Respondit paschasius. Qui sunt cor-  
ruptores mētis et corporis? Lucia dixit. Corrupto-  
res mētis vos estis q̄ suadetis vt a se suis deserāt  
creatorē. Corruptores vero corporis sunt qui cor-  
poralē delectationē preponūt epulis sempiternis  
Paschasius dixit. Cessabūt verba euz peruentum  
fuerit ad verbera. Cui lucia dixit. Verba dei cessa-  
re non possunt. Cui paschasius. Tu ergo deus es  
Respondit lucia. Ancilla dei sum qui dixit. Cum ste-  
feritis aīe reges etc. Nō em̄ vos estis q̄ loquimini  
Paschasius dixit. In te ergo spiritus sanctus est?  
Cui lucia. Qui caste viuūt tēplum spūs sancti sunt.  
Cui paschasius. Ego te duci faciāz ad lupanar vt  
ibi violationē accipias: et spūs sanctū perdas. Cui  
lucia. Non inquinā corpus nisi de cōsensu mētis.  
Nam si me inuitam. violari feceris castitas michi  
duplicatur ad coronā. Nunq̄ autem voluntatem  
meam ad consensum poteris prouocare. Ecce cor-  
pus meum ad omne suppliciu est paratum. Quid  
moraris? Incipe fili dyaboli desideria penarū tua-  
rum exercere. Tūc paschasius lenone fecit venire  
dicens eis. Inuitate ad eam omnē populū et tam-  
diu illudetur donec mortua nunciatur. Volentes  
eam trahere tanto pondere spūs sanctus eam fixit  
vt omnino eam mouere nequirēt. fecitq; pascha-  
sius mille viros accedere et manus eius et pedes  
ligare. Sed eā nullatenus poterāt mouere. Tūc  
et euz viris mille quinquaginta paria boum adhi-  
buit: sed tamē virgo domini immobilis permāsit.  
Vocatis autēz magis vt suis incantationibus mo-  
ueretur omnino moueri non potuit. Tūc dixit pas-  
chasius. Que sūt illa maleficia q̄ vna puella a mil-  
le viris nō mouetur. Lucia dixit. Nō sunt ista ma-

lefcia sed beneficia christi. Porro si adhuc decē mi-  
lia adhibueris eque vt prius immobilem me vide-  
bis. Putās vero paschasius scdm̄ quorundam si-  
gnēta q̄ locio fugarent maleficia iussit eam locio  
perfundi. Cūq; nec sic moueri posset angustia-  
tus nimis copiosum ignem circa eas accēdi picem-  
q; resinam et feruens oleum super eam fundi ius-  
sit. **D**ixitq; lucia. Inducias impetraui mar-  
tirij mei vt credentibus timorem auferam passio-  
nis. et non credētibus vocem insultacionis. Vidē-  
tes autē amici paschasij cum angustiari in guttu-  
re eius gladiū immerferunt. Que nequaq; loque-  
lam amittēs dixit. Annuncio vobis pacem eccle-  
sie redditā marimano hodie mortuo et de regno  
suo dyodeciano expulso. Et sicut ciuitati cathenē  
si soror mea agatha data ē protectrix: sic et ego ci-  
uitati siracusane concessa sum interuentrix. Dum  
hec virgo loquitur ecce ministri romanorū veniūt  
paschasius ap̄sbendunt vincitū ad cesarē secus du-  
cunt. Audierat em̄ cesar q̄ vniuersam prouinciaz  
fuerat depredatus. Veniēs ergo romā et senatū  
accusatus pariter et cōiuctus capitali sentēcia est  
punitus. Virgo vero lucia de loco in quo p̄cussa ē  
mota non est nec spm̄ tradidit quoad usq; sacerdo-  
tes venirēt et corpus dñi ei tradiderant. Et oēs  
astantes amen dño responderunt. In eodem autē  
loco est sepulta et ecclesia fabricata. Passa est autē  
tpe constantini et maxentij circa annos dñi. cccc.

## De sancto thoma apostolo .v. A



**T**homas interpretatur abissus vel geminus quod et grece didimus dicitur. Vel dicitur thomas a thomos quod est diuisio siue sectio. Dicitur ergo abissus eo quod profunditatem diuinitatis penetrare meruit quando ad sui interrogationem xps sibi respondit. Ego sum via veritas et vita. Dicit geminus eo quod resurrectionem christi quasi geminate et in duplum quam alij cognouit. Nam illi cognouerunt videndo: iste videndo et palpando. Diuisio autem siue sectio dicitur quia mentem suam ab amore mundi diuisit: vel quia ab alijs in fide resurrectionis diuisus et sectus fuit. Vel dicitur thomas quasi torus mens in dei seculo amore et contemplatione habuit enim tria que in ipso indicauerunt fuisse amorem dei de quibus dicit prosper in libro de vita contemplatiua. Quid est deum diligere nisi animo concipere seruum visionis dei affectum: peccati odium et mundi fastidium? Vel thomas dicitur a thomos quod est deus et me: unde thomas quasi deus meus et hoc propter illud quod dixit: cum certificatus creditur: dominus meus et deus meus.

**T**homas apostolus cum esset apud cesaream apparuit ei dominus dicens. Rex in die gundoforus misit prepositum abanen. querere hominem architecto: arte eruditum. Veni igitur et mittam te ad eum. Cui thomas. Domine quo vis mitte me preter ad indos. Cui dominus. Uade secure quia ero custos tui. Cum indos conuerteris ad me cum palma martirij vesces. Cui thomas. Dominus meus et ego seruus tuus. fiat voluntas tua. Cum prepositus foris ambulasset dixit ei dominus. Quid comparare vis iuuenis? Cui ille. Dominus meus misit me ut conducam seruum in arte architecto: arte eruditum ut romano opere sibi palacium construatur. Tunc dominus tradidit ei thomam. asserens eum plurimum in tali arte peritum. Nauigantes autem ad quandam ciuitatem venerunt: in qua rex filie sue nuptias celebrabat. Hic cum preconizari fecisset: ut omnes nuptijs interessent alias regem offenderent: illic corripit abanen et apostolus introire. Puella autem hebreica fistulam in manu gerens unquamque laude aliqua commendabat. Vidensque apostolum intellexit huc esse hebreum eo quod non manducaret: sed oculos ad celum fixos haberet. Cumque puella coram eo hebreice caneret dicens: vnus est deus hebreorum qui creauit omnia et fundauit maria. apostolus ipsam hec eadem verba repetere satagebat. Videns autem pincerna quod non manducaret neque biberet: sed tantum oculos fixos ad celum haberet apostolum dei in maxilla percussit. Cui apostolus. Melius est in futuro indulgentia tibi

tradatur et hic transitoria plaga reddat. Non hinc surgam donec manus que me percussit huc a cambus afferatur. Hic igitur ad hauriendam aquam abiit: et leo ipsum occidens sanguinem eius bibit. Lacerantibus autem cambus eius corpus. vnus niger canis manum eius dexteram in medium conuiuij apportauit. Quo viso omnis turba obstupuit: et puella eius verba referens proiecta fistula ad pedes apostoli se proiecit. Huiusmodi autem visionem factam reprobat augustinus in libro contra faustum et asserit a pseudo hoc fuisse insertum. Unde et legenda hec quo ad plura suspecta habet. Posset autem dici quod hoc non animo imprecandi: sed modo predicandi dictum sit. Si autem augustini verba diligenter inspiciantur: non penitus reprobare ista videtur. At enim sic in eodem libro. Leguntur scripturas apocryphas manichei nescio a quibus fictioibus fabularum sub apostolorum nomine scriptas: qui suorum scriptorum temporibus in autoritate sancte ecclesie recipi mererent: si sancti et docti homines qui tunc in hac vita erant et examinare poterant: eos vera locutos esse cognoscerent. Ibi tamen legunt apostolum thomam cum esset in quodam nuptiarum conuiuium pergrinus: et procius incognitus a quodam ministro palmarum percussus: imprecatus fuisse homini continuam seuamque vindictam. Nam cum egressus fuisset ad fontem unde et aquam conuiuantibus ministraret in eum leo irruens interemit: manumque eius qua caput apostoli leui ictu percusserat: a corpore auulsam secundum verbum eiusdem apostoli id optantis atque imprecantis canis intulit mensis quibus ipse apostolus incubebat. Quid hoc videri crudelius potest? Verum quia ibi nisi tamen fallo: hoc etiam scriptum est quod ei veniam in seculo futuro petierit. facta est autem compensatio beneficii maioris: ut et apostolus qui carus deo esset: et dominus per hunc timorem commendaretur ignotis: et ille post hanc vitam quandoque finiret in eternum consolaretur. Utrum illa vera sit an ficta narratio: nichil mei nunc interest. Certe enim manichei a quibus ille scripture quas canon ecclesiasticus respuit tanquam vere atque sincere acceptant: saltem hic cogunt fateri illam patientie virtutem quam docet dominus dicens: si quis te percusserit in maxilla dexteram prebe ei sinistram. posse esse in preparatione cordis. etiam si non exhibeat gestu corporis et expressione verborum: Quando quidem apostolus palma percussus potius dominum rogauit. ut iniurio homini in futuro seculo parcere: in presenti autem illa iniuria non iniulta relinquere: quam vel prebuit ferienti alteri aut ut iterum feriret ammonuit. Tenebat certe iterum dilectionis affectum: et exteri requirebat correctio

b ij

## De sancto

nis exemplum: siue hoc verum siue confictum cur nolūt credere tali animo famulū dei moysen: ydoli fabricatores et adoratores gladio prostrauisse. Si autē penas illas cōparamus quid simile ferro interimi. et a feris trucidari: atq; lamari? Quādo quidē iudices publicas legibus seruiētes: maioris criminis reos bestijs tradi q̄ gladio percuti iubēt. **Hec aug⁹.** Tunc ap̄ls ad petitionē regis sponsus et sponsam benedixit. Da inquam domine adolescentibus his benedictionē tue dextere et in corā mentibus semina semē vite. Abeunte autē ap̄lo in manu iuueis est repertus plen⁹ dactilis palmeramus. Comeditibus vero sp̄so et sp̄sa de fructu eius ambo obdormiunt. et somniū simile ambo cernunt. Videbat̄ et̄m eis q̄ rex gemmatus eos amplecteret et diceret. Apostolus benedixit vos vt eterne vite participes sitis. **Enigilantibus autē et mutuo sibi somnia reuelātib⁹ apostol⁹ ad eos ingredit̄ dicens eis.** Rex meus vobis modo apparuit: et me clausis ianuis huc adduxit. vt sup̄ vos benedictio mea fructificet. Habetis carnis integritatem que est omniū virtutum regina et fructus salutis perpetue. Virginitas soror: est angelorum: possessio omniū bonorū: victoria libidinum. fidei tropheum expugnatio demonū: et terrenorū securitas gaudiorū. De libidine autē corruptio gignitur: de corruptione pollutio nascitur de pollutione reatus oritur: de reatu confusio generatur. **Hec illo referēte duo angeli apparuerūt dicētes eis.** Nos sumus angeli vobis ad custodiam deputati: qui si apostoli bene seruaueritis monita offeremus deo oīa vota vestra. Eos igitur apostolus baptizauit. et de fide diligēter docuit. Post multū vero temporis sponsa nomine pelagia sacro velamine consecrata martiriū patitur. et sponsus noīe dyonisius illi ciuitati in ep̄scopum ordinatur. **¶** Post hec autē apostolus et abanes ad regē in die puenerunt: signato vero ab apostolo mirabili palacio. et copioso thesauro accepto. rex in aliā prouinciā profic̄: et ap̄ls vniuersum thesaurum pauperibus elargitur. Per totū autē bienniū quo abfuit rex apostolus p̄dicationi institit: et innumerablem populū ad fidez conuertit. Rediēs autē rex et que thomas fecerat discens. ipsum cum abane in yma retrudit carceris vt postmodū viuos et coriarios vtriusq; daret flammis. **¶** Interea gad frater regis morit̄: et ei sepulchrum cū ambiciōe nimia preparaf. Quarta autē die qui mortu⁹ fuerat resurrexit et stupefactis oībus cunctisq; fugiētib⁹ dixit fratri suo. Dichomo frater quē excoīare et

## Thoma ap̄lo

incendere disponebas amicus dei est: et omēs argeli famulant̄ ei. Qui me in paradisi⁹ ducētes q̄dam michi ostenderūt palacium ex auro et argēto et lapidibus p̄ciosis mirabiliter fabricatū. Et cum eius pluchitudinē admirarer: dixerūt michi. Hoc est palacium q̄ thomas fratri tuo exstruxerat. cūq; dicere vnam ianito: eius essem: dixerunt michi. frater tuus se illo fecit indignū. Si vis in illo manere rogabimus dñm vt te suscipere dignetur. vt illud a fratri tuo possis emere reddēs ei pecunias quā se estinat perdidisse. Et hec dicēs cūcurrat ad carcerem apostoli fratri suo postulans indulgeri. abiectisq; vinculis rogare apostolū cepit vt vestē acciperet preciosam. Cui apostolus. Ignoras q̄ nichil carnale. nichilq; terrenū gestiuit. qui cupiunt habere in celestibus potestare. Egre dicit̄ autē ap̄sto'o de carcere rex occurrit. et obuolutus ei⁹ pedib⁹ veniā postulabat. Tūc ap̄sto'us ait. multum vobis prestiter deus: vt secreta sua vobis ostenderet. Credite in christum et baptizamini. vt eterni regni participēs sitis. Dicit ei frater regis. Uidi palacium q̄ fratri meo fecisti et illud cōparare merui. Cui ap̄sto'us. Hoc in potestate fratris tui est. Cui rex. Illud erit meū: ap̄sto'us fabricet tibi aliud. Quod si forte nequiverit michi et tibi vnum hoc cōmune erit. Respondit ap̄sto'us. In numerabilia palacia sunt in celo. ab inicio seculi preparata que fidei precibus siue precio et elemosinis comparantur. Diuitie autem vestre ad illa vos antecedere possunt. sequi vero omnino non possunt. **¶** Post vnum autē mensem fecit ap̄sto'us pauperes omnes illius prouinciē congregari. Quibus cōgregatis debiles et infirmos seorsum stare iussit: super eos orauit. Cūq; qui docti fuerāt respōdissent amen. chorus catio de celo veniens: tam ap̄sto'lū q̄ ceteros fere p̄ horam dimidiā sic prostrauit. vt omnes se putarent ictu fulguris interisse. Erigēs autē se ap̄sto'us dixit. Surgite quia dominus meus sicut fulgur venit. vosq; sanauit. Exurgentes autē omnes sani deum et ap̄sto'lum glorificauerunt. Tunc ap̄sto'us cepit eos docere et duodecim gradibus virtutū assignare. Primus est vt in deum crederent qui est vnus in essentia: et trinus in personis. deditq; eis triplex exemplum sensibile: quomodo sint in vna essentia tres persone. Primum est quia vna est in homine sapientia. et de illa vna procedit intellectus memoria et ingenium. Nam ingenium est inquit. vt quod nō didicisti inuenias. Memoria vt non obliuisceris que didicisti. Intellectus vt in:

relligas que ostendi possunt vel doceri. Secundū  
 q̄ in vna vinea tria sunt scilicet lignū folia et fru-  
 ctus. et hec omnia tria vnum sunt. et vna vinea  
 sunt. Tercium est quia caput vnum quatuor: sensi-  
 bus constat. in vno em̄ capite sunt visus. gustus  
 auditus et odoratus. et hec plura sunt et vnum ca-  
 put sunt. Secundus gradus est vt baptismū susci-  
 perent. Tercius est vt se a fornicatione continerēt  
 Quartus vt se ab auaricia temperarent. Quintus  
 vt gulam restringerent. Sextus vt penitentiam  
 tenerent. Septimus vt in his perseverarent. Oc-  
 tauus vt hospitalitatem amarent. Nonus vt volū-  
 tatem dei in faciendis quererent et ea opere com-  
 plerent. Decimus vt eam in non faciendis quere-  
 rent et ea vitaret. Undecimus vt caritatē amicis  
 et inimicis impenderent. Duodecimus vt in custo-  
 diendis his vigilem curā haberent. Post predica-  
 tionem vero baptizati sunt nouem milia viros: um  
 exceptis paruulis et mulieribus. **E** Post hoc  
 autem in superiorē indiam abiit in qua innume-  
 ris miraculorum insignijs choruscavit. Sinticem  
 etiā amicā migdomie vxoris carisij cognati regis  
 apostolus illuminauit. Dicitq; migdomia ad sinti-  
 cem. Putas si potero euz videre? Tūc migdomia  
 de consilio eius habitum mutauit et inter paupe-  
 res mulieres vbi apostolus predicabat aduenit.  
 Apostolus autem cepit de vite huius miseria pre-  
 dicare dicens inter cetera. Quoniā vita hec est vi-  
 ta misera. casibus subiecta. et a deo fugitiua. vt cū  
 teneri creditur effugiat labefacta. Deinde cepit  
 quatuor: rationibus exhortari vt verbū dei liben-  
 ter audirēt. ipsum verbū dei quatuor: rerū generi-  
 bus cōparando: scilicet colliris ex eo q̄ nostrū af-  
 sectū ab omni carnali amore purgat et mūdāt. am-  
 plastro ex eo q̄ peccatorū nostrorū vulnera sanat  
 ex eo q̄ nos celestium amore delectat. Et sicut in-  
 quit hec egrotō non valent nisi ea in se recepit. sic  
 nec anime languētī verbum dei prodest nisi illud  
 cum deuotione audierit. Predicāte igit̄ apostolo  
 migdomia credidit et deinceps viri thozū abhor-  
 ruit. Tunc carisius a rege impetrauit. et apostolū  
 in carcerem posuit. Ad quē veniens migdomia ro-  
 gavit vt sibi ignosceret q̄ propter eam in carcere  
 missus esset. Quam ille benigne cōsolans. hec oīa  
 se libenter pati asseruit. Carisius autē regem ro-  
 gavit vt reginam sororē sue vxoris ad eam mitte-  
 ret. si forte eam reuocare posset. Missa regina cō-  
 uertitur ab ea quā volebat peruertere. visisq; tot  
 miraculis que apostolus faciebat dixit. Maledicti  
 sunt a deo qui non tot signis credunt et operibus


Tunc apostolus omnes qui aderāt de tribus bre-  
 uiter instruxit. scilicet vt ecclesiam diligerēt. sacer-  
 dotes honorarent. et assidue ad audiēdum verbū  
 dei conuenirent. Reuertente autē regina dixit ei  
 rex. Ut quid tam diu morata es? Que respondit:  
 Putabam migdomiā stultā esse: sed sapientissima  
 est. et me ad apostolum dei ducēs viā veritatis me  
 cognoscere fecit. et nimis stulti sunt qui in christus  
 non credunt. Noluitq; regina regi deinceps copu-  
 lari. Stupefactus autē rex dixit cognato suo. dum  
 tuam vxorē recuperare vellem meā perdidit. et pe-  
 ior michi mea effecta est quā tua tibi. **T**ūc rex  
 iussit apostolum ligatis manibus qd se adduc-  
 ret. Apostolus autem triplicē exemplo ostendit  
 quandiu in errore persisterent hoc facere non de-  
 berent. videlicet exemplo regis: exemplo turris.  
 et exemplo fontis. Unde dixit. Tu cum sis rex  
 non vis habere coinquinata seruitia. sed mundos  
 seruos pariter et ancillas. quantomagis credere  
 debes deum amare castissima et munda seruitia.  
 Quid ergo culpo: si deus amare predico in seruis  
 suis quod diligis et in tuis? fabricaui turrim excel-  
 sam et dicit michi. vt ego qui fabricaui eā destru-  
 am. fodi terram profundam et eduxi fontem de a-  
 bisso et dicit michi vt obstruam illam? Tunc irat⁹  
 rex afferri iussit ardentē laminas ferreas et apo-  
 stolam stare nudis pedibus super eas. Prostratus  
 autē nutu dei fons ibi erupit. et eas extinxit. Tūc  
 rex consilio cognati sui eum in fornacē ardentem  
 mitti iussit: que tamen sic refrigerata est. vt die al-  
 tera sanus inde exiret et illesus. Dixitq; regi cari-  
 sius. fac illum offerri sacrificiū deo solis vt sic dei  
 sui irā incurrat. qui ab his eum liberat. Tūc ad  
 hoc v: gere dicit regi. Prestācio: es tu q̄ factura  
 tua. Et quo tu modo verum deum negligis. et pi-  
 cturā colis. tu putas q̄ sicut dicit carisius de⁹ me⁹  
 michi irascetur Postq̄ adoraui deū tuū: magis  
 autē irascetur deo tuo eumq; comminuet. Adoro  
 igitur eum. Si ergo me adorante deum tuum de⁹  
 meus non aduertet illum sacrificabo illi. Si autē  
 sic tu credes deo meo. Cui rex. Adhuc mecum de  
 pari loqueris. Precepit igit̄ apostolus heb: aꝝce  
 demoni qui in eo erat. vt quācito coram ydolo ge-  
 nua flecteret. statim ydolū cōmnueret. flectēs igit̄  
 tur apostolus genua dixit. Ecce adoro sed nō ydo-  
 lum. Ecce adoro sed nō metallū. Ecce adoro sed  
 non simulachrum. Adoro autē dominum meum.  
 iesum christum in cuius nomine precipio tibi de-  
 mon qui in eo latitas vt simulachrus istud commi-  
 b iij.

quas. Statim q̄ sicut cera liquefacta est. Tūc oēs sacerdotes mugitum dederunt. Pontifex autem templi eleuans gladium apostolum trāsuerberauit dicēs. Ego vindicabo iniurias dei mei. Rex autem et carissus aufugerūt. vidētes q̄ populus uellet apostolum vindicare. et pontificē uiuū incendere. christiani autem corpus apostoli tulerunt. et honorifice sepelierunt. **A** Post longum tēpus scilicet circa annos domini ducētos et triginta. corpus apostoli in edissam ciuitatem que olim dicebatur rages medorum trāssatum est: alexādro imperatore ad siriorum preces hoc faciente. In illa autē ciuitate nullus hereticus nullus iudeus. nullus paganus potest uiuere. nec tyriānus aliquis ibi nocere. postq̄ ab agarus rex illi⁹ ciuitatis epistolā manu saluatoris scriptā accipe meruit. Nam si quādo gēs aliqua cōtra ciuitatē illam insurrexerit: infans baptizatus supra portā stans epistolam illā legit. et ea die tā saluatoris scriptis q̄ apli thome meritis hostes aut fugiunt aut pacantur. **C** ysidorus etiam in libro de uita et obitu sanctorum sic de illo apostolo dicit. Thomas discipulus christi. ac similis saluatori audiendo incredulus. uidēdo fidelis fuit. hic euangelium predicauit. partis medis persis byzcanis et brachianis. Et intrās orientalem plagā et interna gentium penetrans: ibi predicationē suam usq̄ ad titulum sue passionis perduxit. hic lanceis transfixus occubuit. Hec ysidorus. Crisosto. quoq̄ ait. q̄ dū thomas ad regionē magoz q̄ ad xpm adorandū uenerant deuenisset eos baptizauit. ⁊ facti sunt adiutores fidei xpiane

**D**e festiuitatibus que eueniunt infra tempus qd̄ partim continetur sub tempore reconciliatiōis. et partim sub tempore peregrinationis.

**D**ico de festiuitatibus que occurrunt infra tēpus renouationis. qd̄ incepit a moyse et p̄phetis: et durauit usq̄ ad aduentus xpi in carnem: quod tēpus representat ecclesia ab aduentu usq̄ ad natiuitatē dñi inclusive. Sequitur de festiuitatibus que eueniunt infra tēpus quod partim cōtinetur sub tempore reconciliatiōis: partim sub tempore peregrinatiōis. quod tēpus representat ecclesia a natiuitate usq̄ ad septuagesimam: sicut supra in prologo dictum est

**D**e natiuitate dñi nostri iesu xpi secundū carnem. vi. A



**N**atiuitas domini nostri iesu christi secundū carnes ut quidam aiunt. cōpletis ab adā quinque milibus. cxxvij. annis vel scdm̄ alios sex milibus. vel secundū eusebium cesariensem in cronica suis quinq̄ milib⁹. dccc. tpe octauiani impatoris facta est. Cōputatio autē. vi. milia annoz inuenta fuit a methodio poti⁹ mistice q̄ cronice Ueniēte autē ipso filio dei in carnē. tāta pace uniuersus mund⁹ gaudebat. ut toti orbi unicus romanorū impator pacifice presideret. Hic dictus est octauianus a prima impositione. cesar a iulio cesare cui⁹ fuit nepos. atq̄ gustus ab augmēto reipublice imperato: a dignitatis honore qui ad differentiā aliorū regū fuit primo hoc nomine insignitus. Nam sicut nasci uoluit ut nobis pacē pectoris vel tēporis et pacē eternitatis tribueret. sic uoluit ut nichilomin⁹ ortū suoz paz tēpons illustraret. Cesar igitur august⁹ uniuerso p̄sides orbi. scire uoluit quot. puinae. quot ciuitates quot castra. quot uillae. quot boies i toto orbe essent iussitq̄ ut dicat in historia scolastica. ut omnes homines ad urbem unde traherent originē pergerēt et quilibet denariū argētū qui ualebat decem nūmos vsuales unde et denarius dicebat p̄fidi prouincie tradēs se subditū romano impio profiteret. Nam et nūmus ymaginē p̄ferrebat cesaris et superscriptionē nomis. Dicebat autē professio et descriptio sed diuersa p̄sideratiōe. Professio em̄ dicebat: q̄a quilibet qm̄ reddebat p̄fidi. puicē cēsum capitis id est denariū illū qui sit dicebat